



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 42. Reformationis articuli examini subjecti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

## §. XLII.

*Reformationis articuli examini  
subiecti.*Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.

Supererant adhuc disciplinæ Decreta, *Pallav. n. r.*  
 necnon emendandi abusus, qui in *Es 2. cap. 6.*  
 Missæ Sacrificium irrepisse dicebantur. *Sarpinus*  
 Priorum cura demandata est Simonet- *P. 352.*  
 tæ Cardinali, qui lenitatis, ac modera-  
 tionis via incedendum existimabat.  
 Præprimis ergo in conventu die nona  
 Septembris habito quatuordecim pro-  
 ponebantur articuli circa varia emen-  
 dationis argumenta, quin tamen adhuc  
 de abusibus in Missæ Sacrificium inve-  
 ctis ageretur: porro hi quatuordecim  
 articuli ad undecim redigebantur, dem-  
 ptis tribus, in quorum primo statueba-  
 tur, ne imposterum pensionum onus E-  
 piscopis, ac Parochis imponeretur: in  
 altero autem sanciebatur, ne Episcopa-  
 tus ejusmodi pensionibus ultra quingen-  
 tos aureos ex annuo proventu, atque  
 Parochiæ ultra quinquaginta gravaren-  
 tur: & denique in tertio cautum, ne  
 Ordinarii in prima instantia de pen-  
 sionibus centum aureorum summam  
 excedentibus cognoscerent. Ceterum  
 hæc vox: *pensio* Episcopis erat odiosa,  
 unde negarunt, hoc decretum sibi un-  
 quam nisi adjecta limitatione probatum  
 iri, & quamquam illis opponeretur, a  
 Con-

Sæc. XVI.  
A. C. 1562.

Concilio Lateranensi, Viennensi, imo & Tridentino pariter sub Paulo III, & Julio III, pensionum consuetudinem fuisse receptam, nunquam tamen acquieverat: quapropter conventum est, ut hujus negotii examen ad aliud tempus differretur; Verum mutata brevi animorum sententia ipsemet Quinqueecclesiensis Episcopus præ ceteris primus edixit, sibi probatum iri usum pensionum etiam in Germaniæ Episcopatibus, cum exinde duplex emolumentum inde permaneret, eoquod primo Viris benemeritis succurri valeret, ac secundo pluribus Episcopis nimii luxus materia subtraheretur. Ceterum postremus ex illis tribus articulis tum expunctis statuerebat, ut causæ, quæ viginti quatuor aureorum summam non excederent, omnes in prima instantia ab Ordinario cognoscerentur usque ad latam sententiam: verum non acquiescebant Episcopi, postulantes, ut idem omnino de cunctis causis decerneretur: moderamen ergo propositum est, ut constitutio ad quinquaginta aureorum pretium ampliaretur pro Germanis, qui ut remotiores, ita majora paterentur incommoda, si ad forum Romanum compellerentur: ast obstitere illi, qui Marchionis Piscarii res Tridenti procurabant, epistola Regis Hispani producta, in qua pluri-

pluribus hic Princeps postulabat, ut <sup>Sæcul. XVI.</sup>  
 illæsa fervarentur ipsius privilegia pro <sup>A. C. 1562.</sup>  
 Sicilia, de qua asserebant, quod ei hu-  
 jusmodi Decretum esset obfuturum,  
 cum Siculis concessum esset, ut omnes  
 causæ cujusvis pretii in prima instan-  
 tia in ipso Regno cognoscantur: hac  
 igitur ratione a Decreti executione ces-  
 satum, & ex ea dilatione ingens fructus  
 Episcopis provenit, tunc autem, cum  
 sermo haberetur de iis, quæ Hispaniæ  
 Actores objecerant, complures Patrum  
 legitima non reputabant Siciliæ pri-  
 vilegia, asserentes, ea duntaxat a Ro-  
 manis Pontificibus, cum hoc regnum  
 possederant, suis Legatis ac Nuntiis con-  
 cessa, ac postmodum a laicis possessio-  
 ribus illius ditionis sibi sub privilegio-  
 rum obtentu arrogata fuisse. Verum  
 de hoc nonnisi per incidentem occasio-  
 nem actum est.

## §. XLIII.

*Articuli ad undecim redacti, atque  
 argumenta examini proposita.*

Cum ergo articuli circa morum repa- <sup>Pallav. c.6.</sup>  
 rationem ad undecim capita redu- <sup>n.3.4.65.</sup>  
 cerentur, Patrum sollicitudo eo inten-  
 ta erat, ut materiæ ibidem examinan-  
 dæ suo ordine disponerentur, huicque  
 rei eo majori infudatum est studio, quo  
 ardentius Cæsar libellis per suos Ora-  
 tores